

approbationis/cōfirmationis/cōmunitiōis/rogationis/moni-
 tiōis/hortationis/mādati/et cōstitutiōis infringere/vel ei au-
 su temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare p̄sumpserit
 indignationē omnipotētis dei et beatorū Petri et Pauli aplo-
 rum eius se nouerit incurfurū. Datum Astantue. Anno incar-
 nationis dñice AD. cccc. lix. Idie Non Augusti. Pontifica-
 tus nostri Anno primo. Ceterū vt earundē litterarū tenor
 p̄dictus sic insertus omnimodā rei facti certitudinē faciat apo-
 stolica auctoritate decernimus vt illud ydem robur eandemq̄
 vim et eundē vigorem dictus tenor per omnia habeat que ha-
 berent originales littere supradicte/et etiam prozsus eidem te-
 nori fides adhibeatur quancūq̄ et vbiq̄ siue in iudicio si-
 ue alibi vbi fuerit exhibitus vel ostensus/et eidem firmiter ste-
 tur in omnibus sicut eisdem originalibus litteris staretur si fo-
 rent exhibite vel ostense. Per hoc autē nullū ius cuiq̄ de nouo
 acquiri volumus/sed antiquū tantūmodo cōseruari. Nulli er-
 go oīno hominū liceat hanc paginā nostre cōstitutionis et vo-
 luntatis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis au-
 tem hoc attemptare p̄sumpserit/indignationē omnipotentis
 dei et beatorū Petri et Pauli aplozum eius se nouerit incurfu-
 rum. Datum Rome apud sanctū Petrum. Anno incarnatio-
 nis dominice AD. cccc. lxxv. Non Martij. Pontificatus nostri
 Anno quinto.

Privilegi dñi Innocētij pape: viij.

Prima declaratio et cōfirmatio. Quod ab-
 bates/monachi/abbatisse/moniales/va-
 salli/subditi/seruiētes/monasteria/loca/
 et mēbra/ac omnia bona ordinis semp
 fuerūt sub summi pōtificis et sedis aplice
 p̄tectione/et ei immediate subijciuntur.

Sūtq̄ exēpti z exēpta ab omni iurisdictione episcoporum ordinariozū/ ipsozūq̄ officialiū. Et q̄ nō tenemur ad p̄stationē aliquarū collectarū / seu subsidiozū/ aut p̄curationū/ z aliarū exactionū p̄ sedem aplicam seu eius legatos/ aut eozū auctoritate/ seu p̄ locozū ordinarios aut alios p̄ tēpore impositoꝝ/ cōfirmādo litteras desup̄ confectas/ z supplēdo defect⁹. Et nihilomin⁹ de abūdantiōzi gratia de nouo monasteria/ loca/ mēbra/ z bona omnia p̄sentia z futura/ necnō abbates/ abbatissas. zc. vt p̄mittitur sub beati Petri z sedis aplicę p̄tectione suscipit/ z ab omni iurisdictione/ sup̄ioritate/ correctione/ visitatione/ dominio/ z p̄tate epozum/ z iudiciū ordinarioꝝ/ eozūq̄ officialiū/ necnō a solutione subsidiozū/ etiā caritativozū p̄curationū collectarū z aliarū exactionū p̄petuo p̄sus eximit/ z totaliter liberat/ z sedi p̄dicte imediate subiicit/ ita q̄ epi z ordinarij/ etiā ratione delicti/ aut cōtractus/ aut rei de qua agerētur nullā in nos/ z loca/ ac bona nostra tāq̄ p̄sus

Exemptio.

271.

exemptos ⁊ exempta iurisdictionē/ domi-
niū/ vel potestātē exercere/ aut sententias
excōis/ suspēn/ seu interditi/ aut quascūq;
alias censuras pmulgare p̄nt. Nec possu-
mus corā illis aut sedis aplice delegatis
vocari/ nisi in corū litteris de p̄sentibus
de verbo ad verbū fiat mentio/ aut quo-
uis modo directe vel indirecte cōtra istos
molestari.

Innocentius Epus seruus ser-
uorum dei. Ad p-
petuā rei memoriā. Ad Romani p̄tificis spec-
tat officiū suorum p̄decessorum inherēdo vesti-
gīs/ illa que per ipsos p̄decessores laudabiliter
ac p̄uida ratione p̄ statu ⁊ quiete p̄sonarū sub
regulari obseruantia assidue studio pievite va-
cantiū gesta sunt/ vt maiorē obtineāt roboris
firmitatē/ quo sepius fuerint aplice p̄sidio cōmunita/ sui p̄ssi-
dij munimine roborare/ ac illa etiā de nouo cōcedere put rati-
onabiles cause suadent/ ⁊ id in dño cōspicit salubriter expedi-
re. Sane p̄ parte dilectorū filiorū Johannis Listercū Labilo-
nenū diocē/ aliorūq; Listercienū ordinis monasteriorū abbatū/ et
cōuentuū eorundē nobis nuper exhibita petitio cōtinebat/ qd
licet ipsi eorūq; ac dicti ordinis monasteria tam virozū q̄ mu-
lierū/ ⁊ alia religiosa loca ⁊ mēbra/ ac monachi/ moniales/ va-
salli/ subditi/ ⁊ eis seruiētes/ bonaq; omnia/ iā dudū p̄ plures
Romanos pontifices p̄decessores nostros sub ipsorū pontifi-
cū ⁊ aplice sedis p̄tectione recepti ⁊ recepta/ ac sedi p̄dicte im-
mediate subiecti ⁊ subiecta/ necnō ab omni iurisdictione ordi-
naria exempti ⁊ exempta fuerint/ eisq; cōcessum extiterit vt ad

p̄stationē aliquarū collectarū/seu subsidiorū/aut p̄curacionū/
 ⁊ aliarū exactionū p̄ sedem p̄dictā/seu eius legatos/aut ipsoꝝ
 auctoritate ⁊ mandato/seu p̄ locorū ordinarios/vel alios pro
 tēpore impositorū nō tenerent/ tamē desiderant p̄ maiori corū
 quiete premissis receptioni/ subiectioni/ ⁊ alijs p̄dictis etiā no-
 stre approbationis robur adijci/ illaq; omnia etiā p̄ nos eis de
 nouo cōcedi. Quare pro parte abbatū ⁊ cōuentuū p̄dictorum
 nobis fuit humiliter supplicatū vt receptioni/exemptiōi/ ⁊ sub-
 iectioni p̄dictis/ac singulis desuper cōfectis litteris pro illo:ū
 subsistētia firmiori robur nostre approbationis adijcere/ac eos
 necnō monasteria/loca/membra/monachos/moniales/vasal-
 los/subditos/seruētēs/ ⁊ bona omnia h̄mōi de nouo sub no-
 stra ⁊ sedis p̄dicte p̄tectione suscipere/ac ab huiusmodi iurisdic-
 ctione p̄petuo eximere ⁊ totaliter liberare/ aliasq; in premissis
 oportune p̄uidere de benignitate ap̄lica dignaremur. Nos igi-
 tur qui in singulorū sub regulari obseruatiā pie vite studio va-
 cātū quiete reficimur/cupiētes vt religiosi dicti ordinis/quos
 pre ceteris p̄pter vberes fructus quos in militanti ecclesia cō-
 tinue bonis eorū operibus afferunt/in visceribus gerimus ca-
 ritatis eo liberius diuinis beneplacitis insistere possint/ quo a
 sede p̄dicta maiori libertatis priuilegio nouerint se cōmuni-
 tos/h̄mōi supplicationibus inclinati/receptionē/exemptionē/
 subiectionē/ac singulas desuper cōfectas litteras cū oibus ⁊ sin-
 gulis in eis cōtentis clausulis/auēte ap̄lica ⁊ ex certa sciētia te-
 nore p̄sentū approbam⁹/ac p̄petue et inuiolabilis firmitat⁹ ro-
 bur obtinere decernim⁹/ sup̄plentes oēs ⁊ singulos defectus si
 qui forsan iteruenerint in eis dē. Et nihilomin⁹ p̄ potioris cau-
 tele suffragio monasteria/loca/membra/bona oia p̄dicta p̄sentia
 ⁊ futura/abbates/abbatissas/monachos/moniales/vasallos
 subditos/ ⁊ seruētēs p̄fatos/nunc ⁊ p̄ tēpore existētes/auēte ⁊
 sciētia p̄fatis/sub beati Petri ⁊ sedis p̄dicte atq; nostra p̄tec-
 ctione suscipimus/ac ab omni iurisdictione superioritate/correc-
 ctione/visitatione/dominio/ ⁊ p̄tate archiep̄oꝝ/ep̄oꝝ ⁊ aliorū
 iudiciū ordinarioꝝ/eorūq; vicarioꝝ ⁊ officialiū quorumcūq;/
 necnō a solutione subsidiorū etiā caritatiuorū/ p̄curacionū/

collectarū ⁊ aliarū exactionū/hmōi p tēpore imponendarū/au-
 ctoritate ⁊ sciētia p̄fatis p̄petuo p̄orsus eximimus/ ⁊ totaliter
 liberamus/ac nobis ⁊ sedi p̄dicte imēdiate subūcimus/ita q̄ ar-
 chiep̄i/ep̄i/ordinarij/vicarij/iudices/ ⁊ officiales predicti etiam
 ratione delicti/aut cōtractus/vel rei de qua ageretur v̄bicunq̄
 cōmittat delictum iniat cōtractus/aut res ipsa consistat/nullā
 in eos ⁊ eorū aliquē aut monasteria/mēbra/ ⁊ bona p̄dicta tan-
 q̄ p̄sus exemptos ⁊ exempta iurisdictionē/correctionē/supe-
 rioritatē/dominiū/vel potestatem exercere/aut excōicationis/
 suspensionis/vel interditi/aut quasuis alias sentētiās/censu-
 ras/ ⁊ penas ecclesiasticas p̄mulgare p̄sumant/seu possint aut
 debeant quoquō. Nec ipsi sic exempti corā illis aut ipsi? sedis
 delegatis/vel subdelegatis/nisi in litteris eis p̄ tēpore directis
 de p̄sentibus specialis specifica ⁊ expressa/ac de v̄bo ad v̄-
 bū mentio fiat ad iudiciū euocari/aut quouismodo directe vel
 indirecte molestari possint. Decernētes oēs ⁊ singulos proces-
 sus sentētiās/censuras ⁊ penas/quos ⁊ quas p̄ archiep̄os/ep̄i-
 scopos ordinarios/iudices/vicarios/ ⁊ officiales p̄dictos/seu
 eorū aliquē cōtra abbates/ ⁊ alios exemptos/necnō monaste-
 ria/ ⁊ loca huiusmodi etiā exempta/vt p̄fertur haberi/vel pro-
 mulgari/necnō quicquid secus super his ab eis ⁊ alio quoquā
 quauis auctoritate sciēter vel ignorāter cōtigerit attemptari/
 irrita ⁊ inania nulliusq̄ roboris vel momēti. Nō obstaū felicis
 recordationis Innocētij pape. iij. etiā p̄decessoris nostri/ que
 incipit/ Volentes/ ⁊ alijs cōstitutionib⁹ ⁊ ordinationib⁹ apo-
 stolicis/statutis quoq̄ ⁊ cōsuetudinib⁹ monasterioꝝ ⁊ ordinis
 predictorū/iuramento cōfirmatione ap̄lica/vel quauis firmi-
 tate alia roboratis/necnō omnib⁹ illis que in singulis litteris
 p̄dictis cōcessum est nō obstare ceterisq̄ cōtrarijs quibuscūq̄.
 Verū q̄ difficile foret presentes litteras ad singula queq̄ loca
 in quib⁹ expediēs foret deferre/volum⁹ ⁊ p̄fata auctē decerni-
 mus q̄ illarū trāsumptis manu publici notarij inde rogati sub-
 scriptis ⁊ sigillo alicui⁹ curie ecclesiastice aut p̄sone in dignita-
 te ecclesiastica cōstitute munitis/ea p̄sus in iudicio ⁊ extra et
 alias v̄bilibet fides adhibeat que p̄sentib⁹ adhiberet si essent

exhibite vel ostense. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginā nostre approbatiōis / decreti / suppletionis / susceptionis / exēptionis / liberatiōis / subiectiōis / cōstitutionis / ⁊ volūtatis infringere / vel ei ausu temerario cōtraire. Si q̄s aut̄ hoc attēptare p̄sūperit / indignationē oipotētis dei / ac brōꝝ Petri ⁊ Pauli ap̄loꝝum ei⁹ se nouerit incursturū. Datū Rome apud sanctū Petrū. Anno incarnationis dñice M. cccc. lxxxvij. iij. kl. Septembꝛis. Pontificatus nostri Anno tertio.

Eiusdē. Bulla executorialis in forma rigorosa puilegij imediate p̄cedentis cōtinentēs ip̄m de verbo ad verbū cōmitteñ ab bati sancti Stephani Diuioneñ / necnon decanis Parisieñ ⁊ Lameraceñ cū magna ptāte vt faciāt nos gaudere oib⁹ in dicta bulla cōtentis. Uide bene textū.

Innocentius Ep̄s seruus seruorum dei. Dilectis filijs abbati monasterij sancti Stephani de Diuione Lingoneñ diocesis ⁊ Parisieñ ac Lameraceñ ecclesiarū decanis. Salutē ⁊ aplicam benedictionē. Hodie a nobis emanarūt littere tenoris subsequētis. **Innocētius** Ep̄s seruus seruoz dei. Ad ppetuam rei memoriā. Ad Romani p̄tificis spectat officiū suoz p̄decessoz inherēdo vestigijs illa q̄ p̄ ip̄os p̄decessores laudabiliter ac p̄uida rōne p̄ statu ⁊ quiete p̄sonarū sub regulari obseruātia assidue studio pie vie vacatiū gesta sūt / vt maiore obtineāt roborē firmitatē q̄ sepi⁹ fuerint aplico p̄sidio cōmunita / sui p̄sidij munimine robore / ac illa etiā de nouo cōcedere put rationabiles cause suadent / ⁊ id in domino p̄spicit salubriter expedire. Sane p̄ parte

dilectorū filiorū Iohannis Cisterciē Cabilonēsi diocē aliorūq;
 Cisterciē ordinis monasteriorū abbatū z cōuentuū eorūdem
 nobis nup exhibita petitio p̄tinebat. Quia licet ipsi eorūq; ac di-
 cti ordinis monasteria tam virozū q̄ mulierum/ z alia religiosa
 loca z mēbra/ ac monachi/ moniales/ vasalli/ subditi/ z eis ser-
 uientes bonaq; oīa iādudū p̄ plures Romanū pōtiffices p̄deces-
 sores nostros sub ipsoz pontificū z aplice sedis p̄tectione recep-
 ti z recepta/ ac sedi p̄dicte imēdiate subiecti z subiecta/ necnon
 ab omni iurisditōe ordinaria exēpti z exempta fuerint/ eisq; cō-
 cessū extiterit vt ad p̄stationē aliquarū collectarū seu subsidio-
 rū/ aut p̄curationū/ z aliarū exactionū p̄ sedem p̄dictā/ seu eius
 legatos/ aut ipsoz auctoritate z mādato/ seu p̄ locozū ordina-
 rios vel alios p̄ tēpore impositorū nō tenerētur/ tñ desiderant
 p̄ maiori eorū quiete p̄missis receptioni subiectioni/ z alijs pre-
 dictis etiā nostre aprobatiōis robur adūci. Illaq; omnia etiā
 p̄ nos eis de nouo cōcedi. Quare p̄ parte abbatū z cōuentuū
 predictorū nobis fuit humiliter supplicatū/ vt receptioni/ ex-
 emptioni/ z subiectioni predictis/ ac singulis desup confectis
 litteris p̄ illorū subsistentia firmiori robur nostre aprobatiōis
 adūcere/ ac eos/ necnō monasteria/ loca/ membra/ monachos/
 moniales/ vasallos/ subditos/ seruientes/ z bona omnia hmōi
 de nouo sub nostra z sedis p̄dicte p̄tectione suscipere/ ac ab hu-
 iusmodi iurisdictione p̄petuo eximere/ z totaliter liberare/ ali-
 asq; in premissis oportune p̄uidere de benignitate apostolica
 dignaremur. Hos igitur qui in singuloz sub regulari obseruā-
 tia pie vite studio vacantiū quiete reficimur/ cupientes vt reli-
 giosi dicti ordinis quos p̄ ceteris p̄pter vberes fructus quos
 in militanti ecclesia cōtinue bonis eorū operibus affeūt/ in vi-
 sceribus gerimus caritatis eo liberius diuinis beneplacitis in-
 sistere possint/ quo a sede p̄dicta maiori libertatis priuilegio no-
 uerint se cōmuniter/ hmōi supplicationibus inclinati/ receptio-
 nē/ exemptionē/ subiectionē/ ac singulas desup cōfectas litte-
 ras cū omnibus z singulis in eis p̄sentis clausulis auctoritate
 aplice z ex certa nostra scientia tenore p̄sentū aprobamus/ ac
 p̄petue z inuolabilis firmitatē/ robur obtinere decernim⁹/ sup-

277

plentes omnes et singulos defectus si qui forsan interuenerint
in eisdem. Et nihilominus pro potioris cautele suffragio/monaste-
ria/loca/membra/bona omnia predicta/presentia et futura/abbates
abbatissas/monachos/moniales/vasallos/subditos/et serui-
entes prefatos/nunc et pro tempore existentes/auerte et scientia prefatis/
sub beati Petri et sedis predictae atque nostra protectione suscipimus/
ac ab omni iurisdictione/superioritate/correctione/visitatione/do-
minio/et potestate/archiepiscoporum/episcoporum/et aliorum iudicium ordinario-
rum/et vicario-
rum et officialium quorumcumque/necnon a solutione subsidi-
orum etiam caritativorum/procuracionum/collectarum/et aliarum exactio-
num/humani pro tempore imponendarum/auerte et scientia prefatis/perpe-
tuo prius eximimus et totaliter liberamus/ac nobis et sedi predictae
immediate subijcimus/ita quod archiepiscopi/episcopi/ordinarii/vicarii/iudi-
ces/et officiales predicti/etiam ratione delicti/aut contractus/vel rei
de qua age-
re ubique committat delictum iniuste contractus aut res
ipsa persistat nullam in eos et eorum aliquam/aut monasteria/membra/
et bona predicta tanquam prius exemptos et exempta/iurisdictionem/
correctionem/superioritatem/dominium/vel potestatem exercere/
aut excommunicationis/suspensionis/vel interdicti/aut qual-
uis alias sententias/cesuras/et penas ecclesiasticas promulgare pre-
sumant/seu possint aut debeant/quoquoque/nec ipsi sic exempti co-
ra illis aut ipsi sedis delegatis vel subdelegatis/nisi in litteris
eis pro tempore directis de presentibus specialis/specifica et expressa ac
de verbo ad verbum mentio fiat ad iudicium euocari/aut quouis-
modo directe vel indirecte molestari possint. Decernentes omnes
et singulos processus/sententias/cesuras/et penas/quos et quas
per archiepiscopos/episcopos/ordinarios iudices/vicarios/et officiales pre-
dictos/seu eorum aliquam/contra abbates et alios exemptos/necnon
monasteria et loca humani etiam exempta ut profertur haberi vel pro-
mulgari/necnon quicquid secus super his ab eis et alio quocumque qua-
uis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari/irri-
ta et inania/nulliusque roboris vel momenti. Non obstantibus felicis re-
cordationis Innocentii pape. iiii. etiam predecessoris nostri/qui incipit
Volentes/et alijs constitutionibus et ordinationibus apostolicis/statutis
et consuetudinibus monasteriorum et ordinis predictorum/iuramento

confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis.
 Necnō omnibus illis que in singulis litteris predictis concessum est nō obstare/ceterisq; p̄trariis quibuscūq;. Verum quia difficile foret p̄sentes litteras ad singula queq; loca in quibus expediens foret deferre volumus/et p̄fata auctoritate decernimus q̄ illarū trāsumptis manu publici notarij inde rogati subscriptis/et sigillo alicuius curie ecclesiastice/aut p̄sone in dignitate ecclesiastica p̄stitute munitis/ea prozsus in iudicio et extra et alias vbilibet fides adhibeatur que p̄sentibus adhiberetur si essent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostre approbationis/decreti/suppletionis/susceptionis/exemptionis/liberationis/subiectionis/cōstitutionis et voluntatis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare p̄sumpserit/indignationē omnipotentis dei/ac beatorū Petri et Pauli ap̄torum eius se nouerit iucursurum. Datū Rome apud sanctū Petrū. Anno incarnationis dñice M.cccc.lxxxvij. iij. kl. Septembris. Pontificat⁹ nostri Anno tertio. Quocirca discretioni vestre p̄ apostolica scripta mandamus quaten⁹ vos vel duo aut vnus vestrum p̄ vos vel aliū seu alios premissa omnia et singula vbi quādo et quotiēs expedierit/ac p̄ parte dictorū exemptorū in p̄insertis litteris nominatorū seu alicui⁹ eorū fueritis requisiti sollenniter publicātes/ipsisq; sic exemptis et eorū cuilibet in p̄missis efficacis defensionis p̄sidio assistentes faciatis eos approbationis susceptionū/exemptionū/liberationū/et predictarū pacifica possessione vel quasi gaudere. Non pmittentes eos aut aliqū eorū per archiepos/ēpos/ordinarios/vicarios/et officiales p̄dictos/aut aliqū eorum cōtra sup susceptione/exemptione/liberatione/approbatione/et alijs in eis cōtentis p̄fectarum tam Romanorū pontificū predecessorū nostrorū/q̄ nostrarum litterarū tenores quolibet molestari/inquietari/vel pturbari/Contradictores ac molestatores quoslibet et rebelles auctoritate nra appellatione postposita cōpescendo Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstaſi felicitis recordationis Bonifacij pape. viij. predecessoris nostri qua caueſ

ne quis extra suā ciuitatē vel diocesim nisi in certis exceptis ca-
sibus / et in illis ultra unā dietā a fine sue diocē ad iudiciū euoce-
tur. Seu ne iudices ac cōseruatores a sede aplice deputati ex-
tra ciuitatē et diocesim in quibus deputati fuerint cōtra quos-
cunq; pcedere / aut alij vel alijs vices suas cōmittere psumāt.
Et de duabus dietis in cōcilio generali editis / ac de psonis ul-
tra certum numerū ad iudiciū nō euocandis et alijs aplicis con-
stitutionibus / statutis quoq; et cōsuetudinibus monasterioꝝ et
ordinis in ipsis insertis litteris expressorū iuramēto pfirmatio-
ne aplice vel quauis firmitate alia roboratis cōtrarijs quibus-
cūq; / aut si aliquib; cōiter vel diuissim ab aplice sit sede indul-
tū qd̄ interdicti / suspēdi / vel excōicari nō possint p litteras apo-
stolicas nō facientes plenā et expressam ac de verbo ad verbū
de indulto hmōi mentionē. Datū Rome apud sanctū Petrū
Anno incarnationis dñice M. cccc. lxxxvij. iij. kl. Septembris.
Pontificatus nostri Anno tertio.

Idem declarans monasteria / loca / et pso-
nas ordinis nō indigere alia visitatione
quā illa que fit per patres abbates / aut cō-
missarios p generale capitulū vel abbatē
Cistercij deputatos motu pprio. rē. Cas-
sat omnes litteras quibuscūq; concessas
sup visitationibus locorū et personarum
ordinis et reponit ordinem in eo statu li-
bertatis in quo erat ante huiusmodi litte-
rarū emanationē / statuēdo qd̄ predicta lo-
ca p nullas lras in posterū cōcedēdas vi-
sitari possint / nisi p p̄dictos de ordine iur-

Visitatio.

hibēdo oībus alijs ne p̄tertū quarūcūq̄
 facultatū de monasterijs locis z p̄sonis/
 aut de ipso ordine se intrmittere p̄sumāt
 Committendo dño ep̄o Labiloneñ/nec
 nō omnib⁹ canonicis ecclesiarū metropo
 litanarū/ac personis in dignitate ecclesi
 astica cōstitutis ne pmittant monasteria
 z loca illozūq̄ personas quomodolibet
 aliter q̄ vt p̄remissum est visitari/seu ab
 eius quecunq̄ caritatiua subsidia exigis
 aut occasione alicuius visitatiōis vel ali
 as contra p̄sentium tenozē molestari/ap
 pellatione non obstante. Uide textū mul
 tum attente quia non omnia possunt suf
 ficienter in sumario explicari. Cum elau
 sula q̄ transumpto fides adhibeat. zc.

Innocentius Ep̄us seruus ser
 uozū dei. Vene
 bili fratri ep̄o Labiloneñ. Salutem z aplicam
 bñdictionē. Fidedignoꝝ relatione accepimus
 quod licet monasteria z alia religiosa loca L
 itercieñ ordinis tā viroz q̄ mulierū/ illozūq̄ p
 sone dudū sedi aplice per diuersos Romanos
 p̄tiffices p̄decessores nostros subiecta/illisq̄ z
 ordini p̄dicto diuersa priuilegia z imunitates p̄uide p̄ sedē p̄di
 ctā cōcessa fuerint/ac p̄fabbates aut cōmissarij a gnāli capto

dicti ordinis seu abbate cistercijs Babiloneſi diocē p tēpore exi-
 ſtente p tēpore deputati certis tēporib⁹ monaſteria ⁊ loca hu-
 iuſmodi iuxta eorū regularia inſtituta hacten⁹ laudabiliter ob-
 ſeruata viſitare cōſueuerint. Tamē nōnulli archiepi/epi/ ⁊ alij
 ſeculares plati aſſerentes ſe ad id a nobis ⁊ ſede predicta ſpeci-
 alem p noſtras ⁊ eiꝯdē ſedis litteras etiā cum derogatione p-
 uilegiorū/ exemptionū/ ac imunitatū hmōi habere facultatē.
 monaſteria/ loca/ ⁊ pſonas hmōi in dies viſitare velle/ ac iura
 viſitationū ordinaria/ necnō caritatiua ſubſidia petere ⁊ exige-
 re conantur/ in nō modicū ordinis ⁊ perſonarū predictorū pre-
 iudiciū/ ⁊ detrimentū/ ⁊ eis cōceſſorū priuilegiorū leſionē. Nos
 igitur qui ordinē prefatū illiuſq; pſonas ppter vberes fructus
 quos cōtinue in agro militātis eccleſie aſſerunt p ceteris in vi-
 ſceribus gerimus caritatis nobis pſuadentes/ qđ monaſteria
 ⁊ loca/ ac pſone dicti ordinis alia viſitatione non indigent quā
 illa que p eorū patreſabbates ſeu cōmiſſarios/ ac alios p ſuos
 ſuperiores ad id p tempore deputatos fieri cōſueuit/ qui opti-
 me de his que p viſitatione monaſteriorū locoꝝ/ ⁊ pſonarum
 p̄dictorū neceſſaria exiſtunt inſtructi habentur/ ⁊ ppterea non
 intendētes quod p alios quā prefatos ⁊ alias iuxta dicti ordi-
 nis regularia inſtituta viſtentur/ motu pprio nō ad alicuius
 nobis ſup hoc oblate petitionis inſtantiā/ ſed de noſtra mera
 deliberatione ⁊ ex certa ſcientia auctoritate ap̄lica tenore p̄ſen-
 tiū declaramus omnes ⁊ ſingulas litteras a nobis hactenus
 quouis modo/ etiā motu ⁊ ſcientia ſimilib⁹ conceſſas/ ſup viſi-
 tationib⁹ monaſteriorū ⁊ locoꝝ predictorū per alios quā dic-
 tos preſidentes ac alios p̄dictos/ ⁊ iuxta eorundē ordinū regu-
 laria inſtituta/ aut generalia vel ſpecialia priuilegia faciendis/
 quaſcūq; clauſulas etiā derogatoriarū derogatorias/ ac priui-
 legijs p̄dictis oīno derogantes in ſe cōtinentes/ motu ⁊ ſciētia
 ſimilib⁹ reuocam⁹/ caſſamus/ irritamus/ ⁊ annullamus/ ac vi-
 ribus oīno vacuamus/ dictūq; ordinē in ſuū priſtinū ⁊ cū ſta-
 tum in quo antequā ille emanarent quōlibet exiſtebat reſtiti-
 mus/ reponim⁹/ ⁊ plenarie reintegram⁹. Statuētes ⁊ decernē-
 tes parib⁹ motu ⁊ ſciētia qđ de cetero ppetuis futuris tēporib⁹

monasteria et loca predicta pretertu quorūcūq; aliarū litterarū
 applicarū p nos et sedē predictā in posterū etiā motu et sciētia si-
 milib⁹ et ex quibuscūq; causis/ac cum quibusuis clausulis/etiā
 derogatoriā derogatorijs efficacissimis et in solitis/etiā pre-
 sentibus expresse derogantibus/et etiā si ille in eis de verbo ad
 verbū inserte forent in posterū/etiā ad instantiā imperatoris/
 regū/ducū/principū/et aliarū psonarū quarūcūq;/ cuiuscunq;
 dignitatis/stat⁹/gradus/ordinis/et cōditionis cōcedendaz/vi-
 sitari nō possint/districtius in virtute sancte obediētie et sub cē-
 suris ecclesiasticis inhibētes quibuscūq; visitatorib⁹ supra no-
 minatis/exceptis hactenus et p tēpore deputatis/etiā si patri-
 archali/archiepiscopali/episcopali/aut quavis alia ecclesiasti-
 ca dignitate fulgerent/ne p̄textu quarūcūq; facultatū et com-
 missionū in genere vel in specie visitandi eis concessarū/et fac-
 tarum se de monasterijs/locis/personis/et ordine predictis in-
 tromittere quomodolibet presumant/Ac decernentes exnunc
 irritum et inane si secus super his a quoquā quavis auctoritate
 scienter vel ignoranter cōtigerit attemptari. Quo circa frater-
 nitati tue ac quibuscūq; cathedraliū etiam metropolitanorū
 ecclesiarū canonicis/ac in dignitate ecclesiastica cōstitutis per-
 sonis/quos seu quas abbates/priores/et alie psonae locorum et
 monasteriorū predictorū pro tempore existētes et quilibet ip-
 sorum duxerint requirendos motu et sciētia similib⁹. Adhāda-
 mus quaten⁹ ipsi vel duo aut plures seu vnus eorū per se vel
 alium seu alios ipis in premissis efficacis defensionis presidio
 assistentes nō permittāt monasteria et loca predicta illorūq; p-
 sonas quomodolibet alias quā vt p̄mittitur/quomodolibet
 visitari/seu ab illis quecūq; etiā caritatiuā subsidia exigi/aut
 occasione alicui⁹ visitationis/vel alias cōtra presentū tenorē
 molestari. Abolestatores necnō contradictores quoslibet et re-
 belles p censuras ecclesiasticas et alia iuris oportuna remedia
 cū illarum aggrauatione et reaggrauatione quotiens opus fu-
 erit/apellatione postposita/cōpescendo. Inuocato etiam ad
 hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus
 p̄missis ac felicis recordatōis Bonifatij pape. viij. p̄decessoris

nostri quib⁹ cauetur ne quis extra suā ciuitatem vel diocesim/
 nisi in certis exceptis casibus ⁊ in illis vltra vnā dietam a fine
 sue diocesis ad iudiciū euocetur/seu ne iudices a sede deputati
 predicta extra ciuitatē vel diocesim in quibus deputati fuerint
 contra quoscūq; procedere/aut alij vel alijs vices suas cōmit-
 tere presument. Et de duabus dietis in concilio generali edi-
 ta/ac alijs constitutionibus ⁊ ordinationib⁹ apostolicis cōtra-
 rijs quibuscūq;. Aut si aliquibus cōmuniter vel diuisim/ab ea-
 dem sit sede indulgētiū quod interdicti/suspendi/vel excōmunica-
 ri/aut extra vel vltra certa loca ad iudiciū euocari non possint/
 p litteras apostolicas nō faciētes plenā ⁊ expressam/ac de ver-
 bo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē/ ⁊ quibuslibet
 alijs priuilegijs/indulgētij/ ⁊ litteris apostolicis/generalib⁹/
 vel specialib⁹ quorūcūq; tenorū existant per que presentibus
 nō expressa vel totaliter nō inserta effectus earum impediri va-
 leat quomodolibet vel differri/ ⁊ de quib⁹ quorūq; totis teno-
 ribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris men-
 tio specialis que quo ad premissa nolumus eis vllatenus suf-
 fragari. Ceterū quia difficile foret presentes litteras ad singula
 queq; loca in quibus expediens fuerit deferre/volumus quod
 illarū transumptis manu publici notarij subscriptis/ et sigillo
 prelatorū dicti ordinis vel alicuius eorum aut alterius in eccle-
 siastica dignitate constitute persone/seu cuiusuis curie ecclesia-
 stice munitis ea prorsus in iudicio ⁊ extra ⁊ alias vbilibet fides
 adhibeatur que presentibus adhiberetur si forent exhibite vel
 ostense. Datum Rome apud sanctū Petrum. Anno incarnati-
 onis dominice Milleesimo quadringentesimo octuagesimo
 no. Idus Augusti. Pontificatus nostri Anno quinto.

**Eiusdē reuocatio cōmendarū ⁊ amplissi-
 ma pmissio cōtra eas. Et primo motu pro-
 prio. ⁊c. statuit qd oēs monasteria in com-
 mendam obrinētes/ exceptis archiepiscopis/**

Abbas Cistercij
capit. ord.

ep̄is/ et notarijs sedis aplice habitū et in-
signia notariozū cōtinue deferētib⁹/ quo-
rū beneficia nō excedunt mille flor/ sed si
excedūt mille flor cum alijs vniuersis cō-
p̄hēdunt̄ īfra mēsem postq̄ fuerint req̄si-
ti p̄ cōmissarios capituli generalis vel ab-
batis Cistercij q̄ est caput ordinis vt mo-
nasteria et loca eis cōmēdata dimittāt. Et
si inferiores archiep̄is et ep̄is habitū or-
dinis assumere p̄fessionēq̄ monasticā fa-
cere velint dicti cōmissarij monasteria eis
in titulū cōferre et possessionē eozū conti-
nuare p̄nt/ absq̄ eo q̄ ad aliū sit recurren-
dū. Si vero habitū ordinis assumere et
p̄fessionē emittere noluerint si sponte ce-
dant eis assignet̄ pensio tertie partis fru-
ctū et p̄uentū locozū quoz cōmendis
cesserint. Ita t̄m q̄ illis cedētibus vel de-
cedētib⁹ pensiones ipse extinguunt̄. Si
aut̄ infra dictū tēpus nec cedere nec habi-
tū ordinis sumere voluerint cōmende ex-
tūc cessare declarant̄. Et cōmissarij p̄nt de
alijs idoneis p̄uidere nulla pensioe illis
cedere nolētibus reseruata/ sed oīno ma

neant priuati monasterijs et p̄sidiōe. Porro quo ad illos p̄dictos scz archiep̄os/ ep̄os/ et notarios habitū et insignia. cōtinue deferētes q̄ primū obtinuerint alia beneficia vt omnia simul ascendāt ad mille florenos/ tunc priuilegiū istud contra eos locū habebit. Si aut̄ nō obtineāt beneficia hmōi valoris post eoz mortē monasteria non cōmendabunt/ sed plenarie ad dispositionē ordinis redibūt. Itē decretū q̄ deinceps nulla monasteria cuiū q̄ cōmendari possint. Itē ad tollendū varios abusus qui solēt fieri in resignatiōibus ordinat̄ q̄ nulli siue abbates siue cōmendatarij monasteria resignare possūt/ etiā in manu sūmi pontificis/ nisi habita licētia capli generalis vel abbatis cistercij cū litteris eoz que ad curiā deferri debeant/ et si aliter fiat monasteria vacāt et p̄ ordinē potest fieri p̄uisio/ resignātes manent priuati dictis b̄n̄ficijs. Nec tenent cōuentus aliū recipere nisi sub cōditionibus expressius in textu declaratis. Uide ad longū textū quia tā pregnās est q̄ nō

pōt sufficiēter in sūmario declarari. Cum
clausula q̄ trāsumptis fides adhibeatur
sicut originali.

Innocentius Ep̄us seruus ser-
uorū dei. Ad ppe-
tuā rei memoriā. Regimini vniuersalis ecclesie
q̄uis i meriti disponente dño p̄sidentes / p mo-
nasteriorū ⁊ aliorū religiosorū locorū quozūli-
bet / ac psonarū in illis sub regulari obseruātia
altissimo famulantū statu salubriter ⁊ p̄spere
dirigēdo / put ex debito nob̄ iniūcti pastoralis
tenemur officij / solite cōsideratiōis intuitū libēter extēdim⁹ / ⁊
ad ea p̄ que monasteriorū ⁊ locorū eorundē indēnitatib⁹ / ⁊ vo-
tiue reformationi / sublati quibusuis impedimētis / cōsuli pos-
sit interponim⁹ solitudinis nostre partes / ac oportune p̄uisio-
nis remedia fauorabiliter adhibemus / put rerū ⁊ tēporū qua-
litate pensata id in dño cōspicimus salubriter expedire. Sane
licet dudū per diuersa priuilegia a diuersis Romanis pontifi-
bus p̄decessoribus nostris sacro Cisterciēsi ordini / qui a sui pri-
meua institutione plurimū inter ceteros ordines obseruantie
regularis floruit / ac suos palmites in agro militātis ecclesie p̄
diuersas mundi nationes ob religiosorū dicti ordinis doctri-
nā / vite sanctimoniā / ac bonos ⁊ exemplares mores / longe la-
teq; disseminauit cōcessa p̄ ipsius ordinis conseruatione ⁊ ob-
seruātie regularis in illo incremēto p̄uide statutū ⁊ ordinatum
fuerit ne aliqua dicti ordinis monasteria / p̄oratus / ⁊ loca alicui
p̄sone etiā cuiuscūq; dignitatis / status / gradus / ordinis / p̄emi-
nentie / vel cōditionis foret cōmendari possent / ⁊ de illis etiā p̄
sedem aplicam facte cōmende nulli⁹ essent roboris vel momē-
ti. Tamē a nōnullis tēporibus citra quā plura monasteria / p̄-
oratus / atq; loca dicti ordinis p̄ nos ⁊ sedem eandē cōmenda-
ta fuisse reperiūtur / put ad p̄sens in b̄n̄d̄i cōmendā per diuer-
sas personas ecclesiasticas tā seculares q̄ regulares ordinū di-

uerforū etiā mendicantiū retinentur/ex quo in dictis monaste-
 rijs/prioratib⁹/et locis sic cōmendatis/ diuinus cult⁹ plurimū
 diminuitur/et in plurib⁹ locis totaliter extinguitur/et cessat/pie
 fundatorū intētionēs defraudant/monasteria ipsa in quibus
 seruatorū dei numerus iuxta eorundē monasteriorū et locorū fa-
 cultates augeri solebat debito monachorū numero destituta
 et priuata/aut ex omni parte ad ruinā redacta sunt/et eorū ali-
 qua expulsis/quod abominabile existit/ide monachis pprijs
 laicis cōiugatis et eorundē familijs/et etiā animalibus replen-
 tur/et ad pphanos vsus totaliter rediguntur/sanctoꝝ reliquie
 iocalia/libri/et alia queq; preciosa mobilia et imobilia bona di-
 uersis medijs alienantur/iura pduntur/hospitalitatis et elemo-
 synarū/ac alia pia caritatis opera in ipso ordine abūde fieri so-
 lita cessant/regularis obseruātia que in illis antea sūma puri-
 tate vigeat oīno defecit/et pristina viuendi norma relicta est/
Et cū fm ordinis ipsi⁹ instituta monasteria monialiū dicti or-
dinis quolibet anno p patresabbates immediatos dicti cister-
ciē ordinis visitari et corrigi/p idoneos religiosos in dicto or-
dine pfectos quotiens opus est in cōfessionib⁹ et alijs reb⁹ spi-
ritualibus ac tēporalibus iuxta dictorū patrūabbatū ordina-
tionē gubernari debeāt/et ipsi cōmendatarij nullā in monaste-
rijs monialiū hmōi habeāt iurisdictionē/nec sint in eorū mona-
sterijs monachi idonei ad pmissa pagenda/oīno necesse ē mo-
nasteria monialiū hmōi iparūq; monialiū pscientias grauissi-
mis et euidētibus p̄tinue subesse periculis. Alia q̄ innumerabi-
lia p̄ter nostrā et p̄decessorū nostroz mentē et intentionē ex com-
mēdis hmōi in ipso sacro ordine cisterciē oriunt/ dāna/icōmo-
da et detrimenta/nō sine religionis opprobrio et dicti ordinis p-
iudicio/ac p̄nitioso exemplo et scandalo plurimorū/et nisi pui-
deat verissimiliter breui est formidandū de totali monasterioꝝ
prioratū/et locorū vtriusq; sexus p̄dictorū ac dicti ordinis qui
in sancta dei ecclesia sic stella fulget matutina/ ruina et desola-
tionē. Hos igitur attēdentes vberes fructus quos dictus sa-
cer ordo hactenus in ipso agro militantis ecclesie attulit/et p-
pterea illius quem preceteris semper in visceribus gessimus

et gerimus caritatis / cōseruationi et augmento debite vt tene-
 mur puidere volētes / motu pprio nō ad alicui⁹ nobis sup hoc
 oblate petitiōis instātiā / sed de nostra mera liberalitate et deli-
 beratione matura / ex certa sciētiā / et de aplice ptātis plenitudi-
 ne / auctoritate aplice tenore p̄sentiiū hui⁹ ppetue et irrefragabi-
 lis cōstitutionis edicto / statum⁹ et ordinamus / qd̄ omnes et sin-
 guli ad p̄sens monasteria / prioratus / et loca quecūq; dicti ordi-
 nis in cōmendā obtinentes / cuiuscūq; dignitatis / status / gra-
 dus / ordinis / p̄eminētie / et cōditionis fuerint / nostris et dicte se-
 dis notarijs habitū / et insignia tñ notariozū cōtinue deferenti-
 bus / ac venerabilib⁹ fratrib⁹ nostris archiep̄is / et ep̄is / ecclias /
 seu beneficia quozū fruct⁹ / redditus / et puentus mille ducato-
 rū auri de camera fm cōmunē extimationē valorē annuū ex-
 ce-dant nō obtinentib⁹ dūtaxat exceptis / infra mēsem postq̄ per
 cōmissariū seu cōmissarios dicti ordinis p generale capitulum
 aut p abbatē monasterij Listerij Labilonēsi dioc / quod dicti
 ordinis caput existit deputatos / fuerūt requisiti cōmendis mo-
 nasteriozū / prioratuū / et locozū predictorū que respectiue in eā-
 dem cōmendā obtinuerint seu obtinēt / in manib⁹ eozū cō-
 missariozū aut alterius eozū libere cedere / et illa realiter et cū ef-
 fectu absq; quozūcūq; bonozū illoz alienatione dimittere de-
 beant et teneant. Et si inferiores ab archiep̄is et ep̄is hmōi ha-
 bitū dicti ordinis assumere / ac p̄fessionē regulārē p monachos
 illius emitti solitā sponte emittere / ac obedientiā et reuerentiā
 debitas et deuotas caplo generali et p tempore existenti abba-
 ti monasterij Listerij hmōi exhibere / et ita in posterū se factu-
 ros firmiter polliceri voluerint / de p̄sonis eoz postq̄ huiusmo-
 di p̄fessionē emiserint admissis p eos cessionib⁹ hmōi / eisdem
 monasterijs siue locis quocūq; modo / quē etiā si ex illo quēnis
 generalis reseruatō etiā in corpore iuris clausa resultet habe-
 ri volumus p exp̄sso / vacauerint / ac cuiuscūq; taxe seu annui
 valoris illo ū fructus / reddit⁹ / et puentus existant / p cōmissari-
 os p̄dictos / alias iuxta dicti ordinis instituta regulatiā et priui-
 legia aplice dicto ordini cōcessa puidēatur / ac prioratus hmōi
 eis in titulū respectiue cōferant / absq; eo qd̄ ad aliū quencūq;

sit. propterea ex quavis causa recurrentium liceatque eis eorum conti-
 nuare possessionem. Si vero habitum assumere et professionem huius-
 modi emittere noluerit et sponte ut profertur infra tempus predic-
 tum monasteria prioratus et loca huiusmodi sic commendata non dimise-
 rint alijs personis idoneis dictum ordinem expresse professis et qui in
 dicto ordine per annum integrum iuxta dicti ordinis privilegia proba-
 ti fuerint per eosdem commissarios modo et forma premissis provide-
 atur et ipsis sic cedentibus si sponte cesserint ne propterea nimium
 dispendium pati videantur pensiones annue tertie partis fructuum
 reddituum et pventuum monasteriorum prioratum ac locorum quo-
 rum commendis cesserint per eos de quorum personis illis providebitur
 vel quibus prioratus et loca huiusmodi conferentur ac successores eorum
 per tempore existentes eis quo aduixerint vel procuratoribus su-
 is ad id ab eis specialiter constitutis sub penis sententiarum et cen-
 suris ecclesiasticis in similibus aponi solitis ac in locis et termi-
 nis de quibus eis cum prefatorum commissariorum consensu videbitur
 persolvende reseruentur constituantur et assignentur put nos ex
 nunc put extunc et e converso personis sic cedentibus reseruamus/
 constituimus et assignamus ac reseruatam et assignatam fore de-
 cernimus et declaramus. Ita tamen ut illis cedentibus vel decedentibus
 pensiones ipse penitus extincte sint et esse censeantur eo ipso.
 Si vero prefati commendatarii aut eorum aliqui premissa infra
 dictum tempus limitatum facere neglexerint ut profertur ac etiam archie-
 piscopi episcopi et notarii prefati successu temporis ecclesias
 vel alia beneficia quorum fructus redditus et pventus premissum
 valorum mille florenorum computatis etiam redditibus qui eis
 remanent obtinuerint commendas huiusmodi extunc oino cessare/
 ac monasteria prioratus et loca predicta vacare decernimus eo
 ipso liceatque ipsis commissarijs ordine modo et forma premissis li-
 bere provide et de illis iuxta dictorum privilegiorum formam et te-
 norem disponere nulla pensione ipsis commendatarijs qui pre-
 missa adimplere non curauerint proorsus reseruata. Super qui-
 bus omnibus et singulis eisdem commissarijs plenam liberam et omni-
 modam de eorumdem fratrum consilio harum serie procedimus facultatem/
 etiam ad hoc ut pertractatores quoslibet et rebelles per censuras eccle-

stasticas et alia iuris oportuna remedia quacunq; appellatione
 oino remota cōpellere. Et si opus fuerit auxiliū brachij secula-
 ris cōtra eos inuocare/omniaq; alia et singula in pmissis et cir-
 ca ea necessaria quomodolibet et oportuna facere gerere et exeq;
 possint. Statuētes insup et etiā ordinantes de simili cōsilio qđ
 de cetero ppetuis futuris tēporibus monasteria/ priorat⁹/ be-
 neficia/ et loca dicti ordinis cuiunq; psonae cuiuscunq; dignita-
 tis/status/ gradus/ordinis/vel cōditionis fuerit/etiā per quas-
 cunq; litteras et dispensationes p nos et sedē predictā vel lega-
 torum eiusdē/etiā cū motus ppriij et certe scientie et quibusuis
 alijs efficacissimis et insolitis clausulis/etiā derogatoriariū de-
 rogatorijs et p̄sentib⁹ expresse derogantib⁹ hactenus et p tēpo-
 re/etiā consideratione imperatoris/regum/reginarū/ ducū/et
 aliorū principū quorūcunq;/ et ad eorū supplicationis instantiā
 ac de apostolice potestatis plenitudine hmoi cōcessas cōmen-
 dari nō possint/qđq; religiosi dicti ordinis litteris predictis eti-
 am si quascūq; sentētijs/censuras et penas ecclesiasticas in se
 continerent parere nō teneant/possintq; conuētus monasteri-
 orum locorū et prioratū hmoi cōmendis p̄dictis nō obstanti-
 bus ad electiones/ac patresabbates seu dicti ordinis cōmissa-
 rij ad cōfirmationes libere pcedere/alias tū iuxta dicti ordinis
 regularia instituta/laudabiles cōsuetudines/et priuilegia apo-
 stolica illi cōcessa/que quo ad pmissa illorū tenores/ac si de ver-
 bo ad verbū insererent p̄sentib⁹ p sufficiēter expressis et inser-
 tis habentes/innouamus et de nouo cōcedimus/ac illa perpe-
 tuo inuiolabiliter in omnib⁹ et p omnia obseruari volumus et
 mandam⁹. Et insup quia sicut nō absq; displicētia accepimus
 qđ plures abbates et priores dicti ordinis discoli/vidētes visita-
 tores dicti ordinis eos corrigere/et vt ab eorū vitijs et errorib⁹
 emēdentē aduersus ipsos pcedere velle/cumulatis ex fructib⁹/
 redditib⁹/et puentib⁹ monasteriorū et prioratū eorundē nō in-
 parua quātitate pecunijs/cedūt regiminib⁹ dictorū monasteri-
 orū/ipsosq; priorat⁹ resignāt/etiā ex causa pmutationis/et retē-
 ta aliqua sup illoꝝ fructib⁹/redditib⁹/et puentib⁹ ānua p̄sioe
 in fauorē psonarū dicto ordini mis⁹ vtiliū/ quorū p̄sidio eorū

vitia et prauos mores cōtinuare possint/etiā ad alios ordines
 transeūtes/nō sine maximo monasteriorū et prioratuū p̄dicto-
 rum p̄iudicio/et detrimento/etiā motu et scientia similibus ac
 ptātis plenitudine statuim⁹ et ordinamus qđ deinceps nullus
 abbas seu p̄or dicti ordinis/seu qđcūq; officiū/aut administra-
 tionē/seu aliud beneficiū in dicto ordine obtinens/cedere aut
 resignare/etiā in manibus nostris/aut Romān pontificis p̄ tē-
 pore existentis possit/nisi de expressa licentia ac voluntate et cō-
 sensu abbatis monasterij Cistercij pro tēpore existētis/aut ca-
 pituli generalis huiusmodi/de qua prius cōstare debeat. Et ni-
 hilominus aliter facte cessiones seu resignationes in sic ceden-
 tiū vel resignantiū penā teneant/possitq; monasterijs et p̄sonis
 idoneis p̄uideri/ac prioratus beneficia administrationes et of-
 ficia h̄mōi libere p̄ferri alias iuxta statuta et priuilegia ordinis
 eiusdem/decernentes irritū et inane si secus sup̄ his a quoquā
 quauis auctoritate scienter vel ignoranter cōtigerit attempta-
 ri/ac p̄sentibus p̄ quascūq; litteras apostolicas etiā motu et sci-
 entia similib⁹/ac de aplice potestatis plenitudine p̄ tempore
 cōcessas/ac quascūq; clausulas etiā derogatoriā derogato-
 rias et insolitas in se cōtinentes derogari nō posse/nisi de vene-
 rabilū fratrum nostrorū sancte Romane ecclesie cardinaliū cōsi-
 lio/de quo etiā clare cōstet fuerit specialiter et expresse deroga-
 tū/et h̄mōi derogatio p̄ trinas litteras nostras aut Romān pō-
 tificū successorū nostrorū canonice intrantiū abbati monaste-
 rij Cistercij/aut caplo generali h̄mōi diuersis tēporib⁹ successi-
 ue p̄sentatas/fuerit p̄us intimatū. Sicq; p̄ q̄scūq; iudices et cō-
 missarios/etiā causarū palacij aplici auditores/ac eiusdē sancte
 Romane ecclesie cardinales in q̄cūq; instātia sublata eis et cuili-
 bet eorū quī alia interpretādi facultate/sniari diffiniri et iudicari
 debere. Nō obstant p̄missis ac felicis recordatōis Bonifatij pa-
 pe. viij. p̄decessoris nostri de vna et de duab⁹ dietis in concilio
 generali ac alijs cōstitutionib⁹ et ordinationib⁹ aplicis/necnō
 omnibus illis que in litteris priuilegiorum p̄dictorum con-
 cessa sunt nō obstare/ceterisq; cōtrarijs quibuscūq;. Aut si cō-
 mēdatarijs p̄fatis vel q̄busuis alijs cōiter vel diuissim ab eadē

At sede indultū/quod interdicti suspendi/vel excommunicari/aut
 extra vel ultra certa loca ad iudiciū euocari non possint p litteras
 apostolicas nō facientes plenā z expressam ac de verbo ad
 verbū de indulto hmoi mentionē/z quilibet alijs privilegijs/
 indulgētjs/z litteris apostolicis/ generalib⁹ vel specialibus/
 quorūcunq; tenorū existant p que p̄sentibus nō expressa vel to-
 taliter nō inserta effectus earum impediri valeat quomodoli-
 bet vel differri/z de quib⁹ quorūq; totis tenorib⁹ de verbo ad
 verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis/ que
 quo ad hoc nolumus cuiq; vllatenus suffragari. Volumus au-
 tem qđ illi quibus de prioratib⁹ et alijs beneficijs huiusmodi
 aut de quarū psonis eisdem monasterijs vigore p̄sentium proui-
 debitur infra sex menses a die adeptę pacifice possessionis illo-
 rū computandos nouā prouisionē impetrare/z litteras desup
 expedire/ac annatā z omnia iura respectiue camere apostolice
 z alijs debita p̄soluere teneātur. Alioquin monasteria/priora-
 tus/z beneficia predicta vacare censeantur eoipso semestri de-
 cursu predicto. Clerum quia difficile foret p̄sentes litteras ad
 singula queq; loca in quibus expediens fuerit deferre/volum⁹
